

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Atlas minor Gerardi Mercatoris**

**Mercator, Gerhard**

**Amsterodami, 1610**

De magnitudine imperii Romani

[urn:nbn:de:bsz:31-118360](#)

## De magnitudine imperii Romani.

Ria quondam fertur habuisse in votis B. Augustinus : *Videre Christum in carne, Apostolum Paulum concionantem, & Romanum triumphantem.* Neque diffiteor , quin & ego tum ratione certa, tum maxima Viri exemplo trahar trium istarum retum cupiditate ; non quod ad beatitudinem multum intersit habuisse ista , potuit enim habere Simon Magus ; sed quod liberalis ingenii sit sensum optare eorum rem quas admiratur. Sed Roma splendorem qui cogitat , hæreditate sape dubius, quomodo ad tantum splendorem & decuse exalta sit. Deo hoc omne adscribet , qui cogitat sacram ejus Providentiam , a qua Periodi sunt Imperiorum , & fixi rerum fines. Interea etiam humana virtute crevisse intelliget , quum ad Senatus constantiam oculos desleget. Sed & vitiis quibusdam crevisse judicabit , quum fraudes , injuritiam , crudelitatem , superlitionem videbit. Vide spatia ista terrarum, dices Orbem fere totum cultissimum fuisse hujus imperii rus. Spe & ejusdem Imperii initium; dices cum Aetolis scelere illud fundatum esse. Nonne in ortu suo ( verba sunt Minutii Felicis ) scelere & collecti & muniti immanitatis sua terrore creverunt ? Nam a sylo prima plebs congregata est : consulerunt perditæ , facinorosi , incesti , scarii , proditoris : Et ut ipse Romulus Imperator & Rektor populum suum facinore preceleret , parricidium fecit. Hec prima sunt auspicia religiose Civitatis : Mox alienas virginem jam sponsatas & non nullas de matrimonio mulierculas sine more rapuit , violavit , illas & cum earum parentibus id est cum Saceris suis , bellum miscuit , propinquum sanguinem fudit. Quid irreligiosus ? quid audacius ? quid ipsa confidentia sceleris tutius ? Jam finitos agris pellere , Civitates proximas evertere cum Tempis & altaribus , captos cogere , dannis alienis & suis sceleribus adolefcere ? Ita quicquid Romani tenet , colunt , possident , audacia preda est . Totis ergo Romanis impatiunt , quoties triumphatum . Audi Laetantium. Nostri nullam aliam ad immortalitatem viam arbitrantur quam exercitus ducre , aliena vastare , urbes delere , Opida confundere , liberos populos aut subiucere servituti. Videlicer , quo plures homines adfixerint , spoliaverint , eos se nobiliores & clariores putant . Audi denique Mithridatem . Atque ut ipsi ferunt conditores suos Lupa uberibus altos , omnem illum populum scio luporum animos inexplorables sanguinis habere , atq; Imperii divitiarumque avidos ae jejunos . Hisce igitur artibus sub Regibus constituta Resp. est . Sub Consulibus , inter quos nonnunquam & Dictatores & Decemviri fuerunt usque trans Padum Italia occupata est : Africaque subacta Hispania accesserunt : Gallie & Britannia tributariae factæ sunt : inde Illyrici , Istri , Liburni , Dalmatae , domiti : Ad Achiam transfertum est : Macedones subacti , cum Dardanis , Maeis & Thracibus bellatum , etiam ad Danubium usque perventum . In Asia expulso Antiocho primum pedem posuere . Mithridate victo Ponti Regnum occupatum , & Armenia minor quam idem tenuerat , armis obtenta est . In Mesopotamiam Romanus pervenit exercitus . Cum Parthis foedus initum . Iudea omnis victa , etiamque Cilicia & Syria . Sub Imperatoribus vero Cantabri , Asturesque sub jugum misi . Accesserunt Romano Orbi Alpes maritimes , Alpes Cottiae , Rhetie , Norise , Pannonie , Maeis , & omnis ora Danubii Rhenoq; Alexander

## ROMANI IMPERII IMAGO.

- 679 -

